



## **Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.**

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum  
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra  
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

De Satvrnino Permvttationis Beneficialis (Etiam Triangvlaris) - iure  
Commentarius ad omnes Pontificum Constitutiones hûc pertinentes;  
contra sceleratas & impias Ecclesasticorum beneficiorum mundinationes &  
heriditarias quasi successiones

**Epo, Boetius**

**Duaci, M.D.LXXXIIX.**

294 An expressio plurium beneficiorum sit necessaria permutantibus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61721)

facto non de iure conferantur) rectius illos existimo sentire qui claram & expressam volunt adhiberi tum resignationem seu renunciacionem tum collationem; quod & Host. in d. c. ex ore. iudicat esse tutius, & Senensis consuetudine seruari scribit in memorato suo tractatu de permutat. quaest. 27.

292  
Beneficia di-  
uersi generis  
recte permutari.

Cæterum quod inter superiora diximus de beneficiis cum solis beneficiis, nõ autem cum spiritualibus aliis rebus vllis inter sese permutandis, licet alia spiritualia diuersi generis inter sese permutentur, non sic est accipiendum, quasi beneficia quoque permutanda necessario prorsus esse debeant eiusdem generis vel qualitatis: possunt enim beneficia simplicia permutari cum dignitatibus & pastoratibus, & vice versa, dummodo capacitas personarum non desit. qua de re plenius consule Ioannem Seluã parte 3. sui tractatus de beneficio quaest. 54.

293  
Vnius beneficii cum pluribus permutatio.

Quandoquidem beneficiorum nomine comprehenduntur omnia talia dignitatum & curarum ecclesiasticarum genera, sicut ex beneficii definitione patuit. Nec præcisè vnius beneficii cum vno beneficio tantum permittitur permutatio, verumetiam beneficii vnius cum pluribus beneficiis & beneficiorum plurium cum vno beneficio, si modò capacitas personarum & hic adfit. id quod Interpp. nostri latè prosequuntur ad c. cum venerabilis, de except. & *Rebuffus* in sua praxi beneficiali parte 3. tit. de permut. num. 40. Sed hic non importunè queritur, an si quis plura possideat benefi-

294  
An expressio plurium bene-

beneficia, quorum dumtaxat vnum permutare desiderat cum alio quopiam, necesse habeat etiam hoc in permutatione exprimere, nimirum se adhuc aliud habere beneficium vel alia beneficia. Dubitandi causam præbet quod ad obtinendum non motu proprio sed per preces aliquod beneficium ecclesiasticum necesse sit palam profiteri, & apertè exprimere si quod aliud is iam habeat beneficium quantumlibet exiguum, qui nouum postulat; ne propter obreptionis vitium fructu careat impetrationis. Quod non indistinctè tamen intelligitur de quibuslibet collatoribus beneficium cõferre rogatis, at solo de Pontifice vel eius legato per preces adito, Clement. vlt. de officio iud. ord. iuncto c non potest dispensatio. in princ. & c. si motu proprio. de præbend. in 6. nam coram ordinario collatore talis expressio non est necessaria; quamobrem quæstio proposita planè cessat in permutantibus coram ordinario; sed in permutantibus autoritate summi Pontificis aut Legati Pontificij poterit huic locus esse quæstioni. Cur ita tandem? quia & ambitio tum per sese tum in ordinariorum præcipuè præiudicium adhibita semper est odiosa, & è cõtrario ius ordinariorum cum primis est fauorabile. Quibus adde, quod quantò maior est Pontifex & eius Legatus Episcopo vel aliis collatoribus, tãtò magis peccet qui quid cum vel eius Legatum celat, ideoq; maiorem quoque mereatur pœnam. Quidnã igitur ad quæstionem propositam commodè respondebitur?

*ficiõ sit necessaria permutantibus.*

295  
*Vbi & quando sit opus exprimere vel minimum etiam beneficium.*

296  
*Ratio discriminis inter ordinarios Collatores et Põb. hac in re.*